Quumq; mones aliquem nec se uelit ipse moneri
Si tibi sit charus noli desistere cœptis.
Cōtra uerbosos noli cōtēdere uerbis:
Sermo datur cūctis animi sapiētia paucis.
Dilige sic alios ut sis tibi charus amicus:
Sic bonus esto bonis: ne te mala damna sequatur.
Rumores fuge: ne incipias nouus auctor haberi:
Nam nulli tacuisse nocet: nocet esse locutum.
Rem tibi promissam certam promittere noli:
Rara fides ideo est: quia multi multa loquuntur.
Quum te aliquis laudat iudex tuus esse memeto:
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.

Officium alterius multis narrare memeto:
 Atq; aliis quum tu benefeceris ipse fileto.
 Multorum quum facta senex & dicta recenses.
 Fac tibi succurrat iuuenis quæ feceris ipse.
 Ne cures si quis tacito sermone loquatur:
 Conscijs ipse sibi de se putat omnia dici.
 Quum fueris foelix quæ sunt aduersa caueto:
 Non eodem cursu respondet ultima primis.
 Quum dubia & fragilis sit nobis uita tributa:
 In mortem alterius spem tu tibi ponere noli.
 Exiguum munus quum dat tibi pauper amicus.
 Accipito placide: plene & laudare memeto:
 Infantem nudum cum te natura creauit
 Paupertatis onus patienter ferre memento.
 Ne timeas illam quæ uitæ est ultima finis:
 Qui mortem metuit: quod uiuit perdit id ipsum
 Si tibi pro meritis nemo respondet amicus:
 Incusare deum noli: sed te ipse coerce.
 Ne tibi quid desit quæ sitis utere parce:
 Utq; quod est serues semper tibi deesse putato.
 Quod prestare potes ne bis promiseris ulli:
 Ne sis uentosus dum uis bonus ipse uideri.
 Qui simulat uerbis nec corde est fidus amicus
 Tu quoq; fac simile: & sic ars deluditur arte.
 Noli homines blando nimium sermone probare
 Fistula dulce canit uolucrum dum decipit auceps
 Quum tibi sint nati. nec opes: tunc artibus illos
 In true quo possint inopem defendere uitam.

Q uod uile est charum: quod charum uile putato:
Sic tibi nec cupidus nec auarus nosceris ulli.
Q uæ culpæ soles ca tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori quum culpa redarguit ipsum.
Q uod iustum est petito uel quod uideatur honestum
Nam stultum est petere id quod possit iure negari.
Ignotum tibi met noli præponere notis:
Cognita iudicio constant: incognita casu.
Cum dubia incertis uersetur uita periculis:
Pro lucro tibi pone diem quocunq; laboras.
Vincere cum possis interdum cede sodali.
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
Ne dubita quum magna petes impendere parua:
His etenim rebus coniungit gratia charos.
Litem inferre caue cum quo tibi gratia iuncta est:
Ira odium generat: concordia nutrit amorem.
Seruorum culpa quum te dolor urget in iram:
Ipse tibi moderare tuis ut parcere possis.
Q uem superare potes interdum uince ferendo.
Maxima enim morum est semper patientia uirtus.
Conserua potius quæ iam sunt parta labore:
Q uum labor in dano est crescit mortalis egestas.
Dapsilis interdum notis & charus amicis:
Q uum fueris foelix semper tibi proximus esto.
Melluris si forte uelis cognoscere cultus:
Vergilium legito: quod si mage nosse laboras.
Herbarum uires: Macer id tibi carmine dicet.
Si romana cupis & punica noscere bella:

Lucanum quæras: qui Martis prælia dixit.
 Si quid amare libet uel discere amare legedo.
 Nasonem petito: sin autem cura tibi hæc est
 Ut sapiens uiuas: audi quæ discere possis:
 Per quæ semotum uitus deducitur æuum.
 Ergo ades: & que sit sapiëntia disce legedo.
 Si potes ignotis etiam prodesse memeto:
 Utilius regno est meritis acquirere amicos.
 Mitte arcana dei: celumq; inquirere quid sit:
 Cum sis mortalís que sunt mortalia cura.
 Linc; metum leti: nam stultum est tempore i omni:
 Dum mortem metuas amittere gaudia uite.
 Iratus de re incerta contedere noli:
 Impedit ira animum possit ne cernere uerum.
 Fac sumptum propeere quum res desiderat ipsa:
 Dådum etenim est aliquid quũ tẽpus postulat aut res
 Q uod nimium est fugito: paruo gaudere memeto:
 Tuta mage est puppis modico que flumine fertur.
 Q uod pudeat socios prudens celare memento:
 Ne plures culpent id quod tibi displicet uni
 Nolo putes prauos homines peccãdo lucrari
 Temporibus peccata latent & tempore surgũt.
 Corporis exiguĩ uires cõtemnere noli.
 Consilio pollet cui uim natura negauit.
 Q uem uideas non esse parem tibi tempore cede:
 Victorem a uicto superari sepe uidemus.
 Aduersus notum noli contendere uerbis.
 Lis minimis uerbis inter dum maxima crescit.

Quid deus intendat noli perquirere sorte:
Quid statuat de te sine te deliberat ipse.
Inuidiam nimio cultu uitare memeto.
Quæ si nõ lædit tamẽ hæc sufferre molestum est.
Esto forti animo cum sis damnatus inique
Nemo diu gaudet qui iudice uiuicit iniquo.
Litæ præteritæ noli maledicta referre
Post inimicitias iram meminisse malorum est.
Nec te collaudes nec te culpaueris ipse:
Hoc faciunt stulti quos gloria uexat inanis:
Vtere quaesitis modice quum sumptus abũdat:
Labitur exiguo quod partum est tempore lógo.
Inspies esto quum tempus postulat aut res.
Stultitiam simulare loco prudẽtia summa est
Luxuriam fugito simul & uitare memeto
Crimẽ auaritiæ: nam sunt cõtraria famæ
Noli tu quædam referenti credere semper:
Exigua est tribuenda fides quia multa loquuntur
Quæ potu peccas ignoscere tu tibi noli:
Nam crimẽ uini nullum est sed culpa bibentis.
Cõsiliũ arcanum tacito cõmitte sodali:
Corporis auxiliũ medico cõmitte fideli.
Successum idignum noli sufferre moleste:
Indulget fortũa malis ut lædere possit
Prospice qui ueniunt hos casus esse ferendos:
Nam leuius lædit quicquid præuidimus ante.
Rebus in aduersis animum submittere noli
Spem retine. spes uua hominem nec morte reliquit

Rem tibi quam noscís aptam dimittere nolí
 Fronte capillata est post hæc occasio calua.

Quod sequitur specta: quodq; iminet ante uideto
 Illum imitare deum partem qui spectat utramq;.

Fortius ut ualeas interdum parcior esto
 Pauca uoluptati debentur: plura saluti.

Iudicium populi nunquam contempseris unus
 Ne nulli placeas dum uis contemnere multos.

Sit tibi præcipue quod primum est cura salutis:
 Tempora ne culpes cum sis tibi causa doloris.

Somnia ne cures: nam mens humana quod optat
 Dum uigilat: sperans per somnum cernit id ipsum.

Hoc quicūq; uelis carmen cognoscere lector
 Hæc præcepta feres que sunt gratissima uita:

Instrue præceptis animum: ne discere cesses.
 Nam sine doctrina uita est quasi mortis imago.

Commoda multa feres: sin autem spreueris illud
 Non me scriptorem sed te neglexeris ipse.

Cum recte uiuas ne cures uerba malorum:
 Arbitrii nostri non est quod quisq; loquatur.

Productus testis salua tamen ante pudorem
 Quantumcumq; potes celato crimen amici.

Sermones blandos blefosq; cauere memento.
 Simplicitas ueri fama est fraus ficta loquendi.

Segniciem fugito: quæ uita ignauia fertur:
 Nam quum animus languet: consumit inertia corpus

Interpone tuis interdum gaudia curis:
 Ut possis animo quemuis sufferre laborem.

Alterius dictum aut factum ne carperis unquam.
Exemplo simili ne te derideat alter.
Quod tibi fors dederit tabulis suprema notato.
Augendo serua: ne sis quem fama loquatur.
Quum tibi diuitiæ superant in fine senectæ:
Munificus facito uiuas non parcus amicis.
Vtile consilium dominus ne despice serui:
Nullius sensum si prodest tempseris unquam.
Rebus & in censu si non est quod fuit ante
Fac uiuas contentus eo quod tempora prebent.
Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis:
Ne retinere uelis si cœperit esse molesta.
Multorum disce exemplo quæ facta equaris:
Que fugias nobis uita est aliena magistra.
Quod potes id temtes: operis ne pondere pressus
Succumbat labor & frustra tentata relinquis.
Quod nosti factum non recte non sileatur:
Ne uideare malos imitari uelle tacendo.
Iudicis auxilium sub iniquo teste rogato:
Ipsæ etiam leges cupiunt ut iure regantur.
Quod merito pateris: patienter ferre memento:
Cumq; reus tibi sis ipsum te iudice damna.
Multa legas facito. perlectis perlege multa:
Nam miranda canunt sed non credenda poetæ.
Inter conuiuas fac sis sermone modestus:
Ne dicare loquax: dum uis urbanus haberi.
Coniugis iratæ noli tu uerba timere
Instruit insidias lachrymis dum fœmina plorat

Vtere quæsitis: sed ne uidearís abuti:

Qui sua consumunt quum deest aliena sequuntur.

Fac tibi proponas mortem non esse timendam:

Quæ bona si non est: finis tamen illa malorum.

Vxorís linguam si fūgi est ferre memento:

Nam quæ malum est non uelle pati nec posse tacere.

Dilige non agra charos pietate parêtes

Nec matrem offendas dum uis bonus esse parēti.

Securam quicumq; cupis deducere uitam:

nec uitiis hæreere animum: que moribus obsunt.

Hec precepta tibi semper relegenda memento:

Inuenies aliquid quod te uitare magistro.

Despice diuitias si uis animo esse beatus:

Quas qui suscipiunt mendicant semper auari:

Commoda nature nullo tibi tempore deerunt:

Si fueris contentus eo quod postulat usus.

Cum sis incautus nec rem ratione gubernes:

Noli fortunam quæ non est dicere cæcam.

Dilige denarium: sed parce dilige formam

Quam nemo sanctus nec honestus captat habere.

Quum fueris locuples corpus curare memento:

Aeger diues habet nummos sed non habet ipsum

Verbera cum tuleris discens aliquando magistri

Fer patris imperium quum uerbis exit in iram.

Res age quæ profunt: rursus uitare memento

In quibus error inest: nec spes est certa laboris.

Quod prestare potes gratis concede roganti:

Nam recte fecisse bonis in parte lucrorum est.

Quod tibi suspectum est confestim discute quid sit :
Namq; solent primo quæ sunt neglecta nocere.
Cum te detineat Veneris damnosa uoluptas :
Indulgere gulæ noli quæ uentris amica est :
Cum tibi proponas animalia cuncta timere :
Vnum præcipio tibi plus hominem esse timendum .
Cum tibi præualidæ fuerint in corpore uires :
Fac sapias : animo poteris sic fortis haberi .
Auxilium a notis petito si forte laboras :
Nec quisquam melior medicus quam fidus amicus .
Cum sis ipse nocens moritur cur uictima prote-
Stultitia est morte alterius sperare salutem .
Cum tibi uel socium uel fidum quaris amicum :
Non tibi fortuna est hominis sed uita petenda
Vtere quæ sitis opibus : fuge nomen auari :
Quid tibi diuitiæ profunt si pauper abundas ?
Si famam seruare cupis dum uiuis honestam :
Fac fugias animo quæ sunt mala gaudia uitæ .
Cum sapias animo noli irridere senectam :
Nam cuiuscunq; seni sensus puerilis inheret .
Disce aliquid : nam quum subito fortuna recedit :
Ars remanet : uitamq; hominis non deserit unquam .
Prospicito cuncta tacitus quod quisq; loquatur .
Sermo hominum mores & cælat & indicat idem .
Exerce studium quamuis perceperis artem :
Ut cura ingenium : sic & manus adiuuat usum .
Multum uenturine cures tempora fati :
Non metuit mortem qui scit continere uitam .

Disce sed a doctis: in doctos ipse doceto:
 Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum,
 Hoc bibe quo possis si tu uis uiuere sanus:
 Morbi causa mali est semper quæcunq; uoluptas:
 Laudaris quodcunq; palam quodcunq; probaris:
 Hoc uide ne rursus leuitatis crimine damnes.
 Tranquillis rebus que sunt aduersa caueto:
 Rursus in aduersis melius sperare memento.
 Discere ne cesses cura sapientia crescit:
 Rara datur longo prudentia temporis usu.
 Parce laudato: nam quem tu sæpe probaris:
 Vna dies qualis fuerit monstrabit amicus.
 Ne pudeat quæ nescieris te uelle doceri:
 Scire aliquid laus est: culpa est nil discere uelle.
 Cum Venere & Baccho lis est: sed iuncta uoluptas:
 Quod latum est animo complectere sed fuge lites:
 Demissos animo & tacitos uitare memento:
 Quod flumen placidum est: forsan latet altius unda.
 Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum:
 Alterius specta quo sis discrimine peior.
 Quod potes id tenta: nam littus carpere remis
 Tutius est multo quam uelum tendere in altum.
 Contra hominem iustum prauè contendere noli:
 Semper enim deus iniustus uiscitur iras.
 Ereptis opibus noli mœrere dolendo:
 Sed gaude potius tibi si contingat habere.
 Est iactura grauis quæ sunt amittere damnis:
 Sunt quædam quæ ferre decet patienter amicum.

Tempora longa tibi noli promittere uita.
Quocunq; ingrederis sequitur mors corporis umbra
Time deum placare uitulum sine crescat aratro.
Nec credas placare deum quum caede litatur.
Cede locum laetis: fortuna cede potenti:
Laedere qui potuit prodesse aliquando ualebit:
Quum quid peccaris castiga te ipse subinde:
Vulnera dum sanas dolor est medicina doloris.
Damnaris nunquam post longum tempus amicum
Mutabit mores sed pignora prima memento.
Gratior officiis quo sis image charior esto:
Ne nomen subeas quod dicitur officii per di.
Suspectus caueas ne sis miser omnibus horis.
Nam timidis & suspectis aptissima mors est:
Cum seruos fueris proprios mercatus in usus
Et famulos dicas: homines tamen esse memento.
Quam primum rapienda tibi est occasio prima
Ne rursus quaeras id quod neglexeris ante.
Morte repentina noli gaudere malorum:
Foelices obeunt quorum sine crimine uita est.
Cum tibi sit coniunx nec res & fama laborat:
Vitandum ducas inimicum nomen amici.
Quum tibi contingerit studio cognoscere multa
Fac discas multa: & uita nescire doceri.
Miraris uerbis nudis me scribere nerfus.
Hos breuitas sensus fecit coniungere binos.

Finis Catonis Carmen.

De Arte Libellus per Ant. Mancinellum: editus post
 Donatū Melioris emēdationem: pro eisdem Pindaro.
 Quinto & festo filiōlis suis.

ARS est rei cuiuscunq; scientia usu uel traditione
 uel ratione percepta tendens ad usum aliquem
 uitæ necessarium. Diom.

Ars (ut Cleantes uoluit) est potestas uiam idest ordinē
 efficiens. Fabius lib. ii.

Ars habitus est quidam faciēdi uera cum ratione. Sex
 to Ethicorum Phpūs.

Ars dicta uel quod arctis præceptis & regulis cuncta
 cōcludat. Vel αρθροσ αρετης ab arete: idest ab uirtute

Vnde ueteres artē p uirtute appellarūt ut scribit Diō.

Artiū gñra sūt plura q̄rū grāmāticē sola litteralis ē: dcā
 q̄ a litteris icipiat γρᾱματις siquidē littera dicitur. Et grāma
 ticus latine litteratus interpretatur Grammatica uero littera
 tura' ut inquit Fab. lib. ii.

Grāmātica scientia q̄dā est in recte loquendi scribendiq; & legē
 di ratiōne consistens quæ poetarū. scriptorū & historia
 rum expositionem continet. Fab. & Dio. id asserunt.

Grāmātica itē quædā professio ē: quæ nisi oratoris futuri funda
 mēta fideliter iecerit: qcquid superstruxeris corruet. Necessa
 ria pueris iucūda senibus. dulcis secretorū comes. Et quæ uel
 sola omni studiorū genere plus habeat opis q̄ ostētatiōis. Fab.

Partes grammaticæ sunt quattuor principales. uidelicet littera
 syllaba. dictio: & oratio.

M. Tullius orator artis grammaticæ diligentissimus fuit. & in fi
 lio (ut i epistol' appet) recte loquēdi asp̄ quoq; exactor ē. Fab. i.

Græcorum litteræ. xxiiii.

α alpha. β. uita. γ. gama. Δ. delta. ε. epsilō. ζ. zita. η. ita. θ. thita. i.
 iota. κ. cappa. λ. labda. μ. mi. ν. v. gni. ξ. xi. ο. omicrō. π. pi. ρ. ro.

e ii

σ. S. sigma. τ. T. taf. υ. v. p. s. ilon. φ. phi. χ. chi. ψ. psi. ω. omega.
 α. pro. a. β. pro. b. uel pro. u. consonantes. γ. pro. g. Δ. pro. d. ε.
 pro. e. ζ. pro. gemino. σ. uel pro. f. & d. η. p. i. logo græcis latinis
 uero pro e logo. θ. pro. th. i. k. p. ρ. pro. λ. pro. l. u. pro. m. n. γ.
 pro. n. ξ. pro. c. & f uel pro. x. o. pro. o breui π pro. p. ρ. pro. r. σ
 p. s. τ. ϑ. p. t. υ. p. y. græco. φ. p. ph. χ. p. ch. ψ. p. ps. ω. p. o longo.
 Græcorū diphthōgi pprie sunt sex. αi facit ae. αυ facit aut latis.
 εi facit e productum uel i anctore Prif. ευ facit eu: oi facit i græ-
 cis latinis uero facit oe. ου facit u uocalem. Præterea υi facit i
 longum. ωi facit o longum. De littera.

Littera est pars minima uocis compositæ ex litteris. Prifc.
 Littera est uos quæ scribi potest indiuidua. Pr.
 Littera est uocis eius quæ scribi potest forma. ut Scaurus aiebat.
 Littera dicitur quasi legitera quia legit: uel q̄ legētibz iter ostē-
 dit: uel ab litura quam patitur. uel quod legendo iteratur. Dium.
 Litteræ ēt elem̄ta appellāē ad similitudinē elemētōrū mūdi. sicut
 ei illa coeūtia oē corpus pficiūt sic ēt hæ cōiunctæ lrālē uocē q̄si
 corpus aliqd cōponūt. Pr. Elemētū & lrā differūt: Elemētū qdē ē
 uis ipsa & potestas. Lrā autē figura est potestatis. Igitur elemētū
 itelligit littera scribit & nominat. Diom. Tamē sæpe cōfundūt
 Accidit lræ nom̄ figura. ptās. Nomē ē q̄ dī uel pnūtiat. Figura
 quā scripta aspiciūt ul notat. Ptās at ipa q̄ ab rliqs segregat. Diō.
 Litteræ quibus latini utimur sunt duæ & uiginti. A. b.
 c. d. e. f. g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z.

Aspiratiōnis est nota: littera autem non est. Neq̄. n.
 uocalis nec consonans potest. Vocalis non est: q̄ ex se
 uocem non facit. Nec semiuocalis: cum nulla syllaba la-
 tina uel græca per integras dictiones in eam desinat.
 Nec muta: cum in eadem syllaba cum duabz mutis bis
 ponatur: ut Phthius. erichthonius. Nulla enim syllaba
 plus duabus mutis potest habere iuxta se positis: nec
 plus tribus consonantibus continuare. Pr.
 Aspiratio est sonus huberius elatus. Vel Aspiratio est
 humani spiritus crassitudo.

Quinq; sunt uocales. a. e. i. o. u. Utimur etiam y græcorum causa nominum.

Vocales ideo dictæ: quod ad scribendas uoces articulas necessaria habentur. Has quãdã sonantes appellat Dio. Consonantes appellantur: quod uocalibus consonantibus cum ipsæ per se nequeant uocem perficere. Pr.

Cõsonantes sũt sedeci. b. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q. r. s. t. x. z. Consonantes diuiduntur in mutas & semiuocales.

Mutæ nominantur ad comparationem bene sonantium quia exigua partem uocis habent.

Semiuocales sunt septem. l. m. n. r. s. x. & z. qua utimur in græcis dictionibus.

Semiuocales dicuntur. quia dimidium eius potestatis habent: sed per se nec syllabam nec plenam uocem faciunt. Dio. E semiuocalibus duæ sunt liquidæ apud Latinos. l. r. que post mutas positæ in eadem syllaba modo breuem modo longam faciunt syllabam naturaliter breuem: ut Nec tenebris uideo: uidi sed quippe tenebris.

Litteræ propter rerum memoriam inuentæ: ne obliuione fugiant.

De Diphthongis.

Diphthongus est duarum uocalium uim suam seruatum in eadem syllaba complexio. Diphthongus dicta quod dis phthongos hoc est duas uoces comprehendit. nam singulæ uocales suas uoces habent Pr. Diphthongi quibus nunc utimur sunt quattuor. Au & eu scribuntur & proferuntur: ut Aula. cuterpe. Ae & oe scribuntur & non proferuntur ut sæpe foenum.

Præterea nonnunquam ei græca diphthongo illorum

more sunt usi latini. Verg. i. B. Caucasasq; refert uolucres furtūq; pmethei. Et ibi Vni⁹ obnoxā & furias Aiacis oilci. Itē: lā ualidam iliōei nauē iam fortis achatae. In quibus quidē ei pro unica syllaba & unica diphthongo posuit. quod metroeū scāsio indicat quā diuisis illis litteris fieri non Posset: Reperitur etiam uetustissimos nostros semper pro ilongo diphthongū hāc scriptitasse ut Puerci. furei: p pueri furi. Legitur etiā uicis & sueis: pro uis & suis.

Ae syllabam Festus ait: antiqui græca cōsuetudine per ai scribebant: ut Aulai. musai. pro aulæ & musæ.

Aulai pro aulæ. est (ut aiunt) diaeresis de græca ratione ueniens. quorum diphthongus resoluta apud nos duas syllabas facit.

De Syllaba.

Syllaba est cōprehēsiō litterarū cōsequēs sub uno accētū & uno spirītu. *plata* Abusiue tamen etiam singularum uocalium sonos syllabas nominamus. Vel Syllaba est uox litteralis que sub uno accentu & uno spirītu adinstanter profertur. Pr.

Syllabæ latine cōnexiones uel cōceptiōes dici possunt quod litteras concipiunt atq; connectant. Diom.

Accidit unicuiq; syllabæ. Tenor. spiritus tempus. & numerus litterarum. Tenor. i. accentus aut sonus acutus uel grauis uel circumflexus Spiritus asper uel lenis. Tēpus unū uel duo. Vnū si uocalis est breuis per se: Velsi etiam una consonans simplex consequitur: ut caput. In longis natura uel positōe duo sunt tpa: ut Dos. ars. Pr.

Numerus litterarum accidit syllabæ quia non minus quã unius litteræ nec plus quã sex litterarũ apud latinos potest inueniri syllaba: ut A ab. ars. mars stans. stirps. Pr.

Dictio.

Dictio est pars minima orationis constructæ idest in ordine posita. Pars autẽ quãtũ ad totius sensus intellectũ. Pr. Dictõnis proprium est per se aliquid significare. Syllaba autẽ nunquã per se aliquid significare potest. Monosyllaba dictõnes possunt esse & syllabæ: non tamen sinceræ. prif. Oratio.

Oratio est ordinatio dictionum congruam sententiam perfectamq; demonstrans. prif.

Oratio aliter est contextus uerborum cum sensu. Cõtextus autem sine sensu non est oratio. Inuenitur tñ & plena oratio in unica dictõne aut syllaba ut Curre lege. dic ubi pfecto tu intelligit Partes orationis sunt octo. Nomen uerbum participiũ & pronomen. quæ declinantur. Præpositõ aduerbium interiectio & conunctio: quæ minime uariantur.

Pars orationis est uox indicans mentis conceptum. Prif. xi.

De Nomine.

Nomen est pars orationis cum casu: corpus aut rem proprie cõmuniterue significans. Proprie ut Roma tyberis. Communiter: ut Vrbs. flumen. Don.

Nomen dictum quasi notamen: ta syllaba mota: quod unamquãq; rem notet. Vel a græco ονομα. Diom.

Cur primo loco nomen secundo uerbũ posuere scriptores artiũ quia nulla oratio sine iis cõpletur quamuis etiã ex pronomine & uerbo constet orationis perfectio: ut Ego ambulo. Item ante uerbũ necessariõ ponitur nomen: quia agere & pati substantiæ propriũ est: in qua est positio nominum e quibus proprietas uerbi. i. actio & passio nascitur Prif.

Accidunt nomini quinque: Species. genus numerus. figura. casus Species est originalis dispositio dictionis: per quam sit primitiui uel deriuatiui discretio.

Spēs duæ sūt: Primitiua: ut Iul⁹. mōs. Deriuatiua ut Iuli⁹ mōtan⁹
Propriū nominū fm̄ latinōs q̄ttuor sūt spēs. Prenomē. nomē. co
gnomē. & agnomē. ut publius. cornelius. scipio aphricanus. Dō.
Prænomen est quod præponitur nomini uel differētiæ causa uel
q̄ tempore quo Sabinos Romani ascieute ciuitati ad confirman
dam coniunctionem nomina illorum suis præponebant nomi
nibus: & inuicem Sabini Romanorum: ut. A. aulus. P. publius.
T. titi⁹. Cn. cne⁹. Sp. spuri⁹. Sex. sext⁹. T. ul. tull⁹. M. marc⁹. Pr.
Nomen est proprie uniuscuiusq̄ suum: ut Cornelius P.
Nomen est proprium uocabulum singulorum. Mar.
Cognomen est cognationis nomen: ut Scipio. P.
Agnomen est quod ab aliquo euentu imponitur. ut aphricanus.
Getulicus. Persicus. Creticus. P.
Nomen aut proprium aut appellatiuum.
Proprium nomen est: quod naturaliter uniuscuiusque priuatam
substantiam & qualitatem significat ut Plato. Socrates.
Appellatiuum commune est multorū. ut Animal uirtus. homo.
Appellatiuorum aliud adiectiuum ut Bon⁹. malus. Aliud patro
nomicum: ut Priamides. Aliud gentile: ut græcus. latinus Aliud
patrium. ut Veliternus romanus. Aliud possessiuum: ut. Vxor
uxorius. formica formicinus.
Aliud diminutiuum: ut Rex regulus. ignis igniculus. Aliud de
nominatiuum &c. ut. Fur furax.
Adiectiuum est: quod dicitur propriis uel appellatiuis signifi
cās laudē aut uituperationē aut accidēs: ut Iust⁹ a ut iniust⁹ ipe
tor niger coruus. altum mare. Pr. Adiectiuum dicitur ab adicio
quia appellatiuis aut propriis adici solet ad māifestandam eorū
qualitatem uel quantitatem. ut Bonum animal magnus homo.
Adiectiuū uariatur per tris diuersas uoces. ut Veliternus uel ter
na liternū: Vel per tris articulos. nt Hic & hæc grauis & hoc gra
ue. uel hic & hæc & hoc legens:
Substātiuum uero nomen est illud cui preponitur unus articul⁹
uel duo tantum ut hic animus uel hic & hæc testis.
Patronymicū ē: q̄ a ppriis tm̄modo deriuat patrū noīb⁹ fm̄ gre
cā formā qd̄ qdē significat cū gō primitiui filios uel nepotes: ut
Priamides priami filius uel nepos. Pr.

Possessiuū est quod cum genitiuo principali significat aliquid ex his quæ possidentur: ut ;

Regius honor. pro regis honor. pr.

In quo differūt possessiua nomina a patronimicis: patronimica filios uel nepotes significāt. possessiua autem non solum filios: sed omnia quæ possunt esse in possessione. patronimica item a propriis tantummodo deriuantur: possessiua etiam ab appellatiuis. Cæsar cæsareus. Aeneas æneius: & secundum Apuleium æneic⁹ dixit enim Aeneica gens. Mulio mulionicus. pr.

Diminutiū est: quod diminutionē sui primitiui demonstrat: ut Frater fraterculus Homo homuncio. homunculus. homulus. homullulus. res rescula equ⁹ equule⁹. ensis. ensiculus & ensicula. pr.

Denominatiū appellatur a noīe habet enī generalē noīationē oīum formatū quæ a nomīe deriuātur: ut Corylus corvletū. pr. Genus est exploratio sexus. S.

Genera nominum principalia sunt duo: quæ sola nouit ratio naturæ: Masculinum & foemininum. pr.

Cenus a generando dicitur proprie quod generare potest: ut masculinum & foemininum. pr.

Nominum genera sunt septem. Masculinum ut hic pœta. Foemininum ut hæc musa. Neutrum ut hoc regnum. Commune hic & hæc homo. Omne hic & hæc & hoc amans. Epicoenum uel promiscuum: idest subcommune hic passer hæc aquila. Dubium uel incertum hic uel hæc dies.

Numerus est incremētū quātitatis ab uno ad plura pcedēs. Diō.

Numerus est unitatum pluralitas. Phūs. x. Met.

Numeri nominū duo sūt: Singularis ut homo. Pluralis ut hoīes.

Figura est discrimē simpliciu dictionum & cōpositarum Diom.

Figuræ nominum sunt tres: Simplex ut magnus. Composita ut magnanim⁹. Decōposita. i. a cōpositis deriuata: ut magnāimitas

Casus est declinatio nominis uel aliarum casualium dictionum: quæ sit maxime in fine. Pr.

Casus est quidam gradus declinationis a cadendo dictus: quia p eum nomen a prima sui positone inflexu cadit Diom.

Casus sunt sex: Nominatiuus. genitiuus datiuus accusatiuus. uocatiuus & ablatiuus: qui proprius est romanorum.

Recti sunt duo. Nominatiuus & Vocatiuus. Don.
Obliq sunt quatuor: Genitiuus: datiu⁹ accusatiuus: & ablatiūs. Diō.
Nominatiuus dicitur quia per eum nominatio fit: ut nominetur
iste Homerus: iste. Vergilius. Pr.
Genitiuus dicitur quia generat omnes obliquos sequentes
Datiuus a dando dicitur ut do homini illam rem:
Accusatiuus ab accusando: ut accuso hominem.
Vocatiuus a uoco: ut o Aenea.
Ablatiuus ab aufero: ut ab Hectore aufero. prif.
Declinatio est ex uerbo in uerbum uocis commutatio. Var.
Declinationes nominum quinque sunt. Prima facit genitiuum sin-
gularem in ae diphthongon: ut poeta huius poetæ. Secunda in i
productura: ut dominus domini. Tertia in iis breuē: ut pater pa-
tris. Quarta in us productam & in u ut hic senatus huius senat⁹
& hoc cornu hui⁹ cornu. Quinta in ei diuisas syllabas: ut Meridies
meridiei. |

De Verbo.

Verbum est pars orationis cum tempore & persona sine
casu aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans. Dō.
Verbum a uerberatu aeris dicitur. aere enim lingua uer-
berato intra palatum oratio promittitur. Diom.
Verbo accidunt octo. Genus. tempus. modus. species. figura: cō-
iugatio. persona cum numero.
Verborum personalium genera sunt quinque. Actiuum. passiuū
neutrum commune deponens.
Actiua dicuntur quia agunt: ut uerbero. Passiua dicuntur quia
patiuntur: ut uerberor. Neutralia quia nec agunt nec patiuntur:
ut iaceo. sedeo. Communia dicuntur quia & agunt & patiuntur
ut amplector Deponentia dicuntur quia deponunt unam signi-
ficationem uel actiuam uel passiuam & alteram per se retinent:
ut sequor & letor. & ita a communibus separantur.
Genus in uerbo dicitur. quia unum generat ex altero: nam actiuo adiectis: r
& fit passiuū. rursum passiuo adimis r & parit actiuū: ut amo amor.
Tempus est mensura motus. Philosophus. iiii. phisic.

Tempus est certa dimensio quæ ex cœli conuersione colligitur.
Mac. i. i. fat.

Tempus est uicissitudo rerum ut Diom. ait. Diuiditur autem in præsens. præteritum & futurum.

Verborum tempora sunt quinque: Præsens quod agit: ut lego. Præteritum imperfectum: quod omisum est & non completum: ut legebam. Præteritum perfectum: quod completum est paulo ante: ut legi. Præteritum plusquam perfectum: quod completum est olim: ut legeram. Futurum: quod imminet: ut legam. S.

Præsens tempus proprie dicitur cuius pars præteriti pars futura est. Cum. n. tempus fluiui more instabili uoluitur cursu uix punctum habere potest in præsentibus: hoc est in instanti. Maxima igitur pars eius ut dictum est uel præteritum uel futura est: excepto sum uerbo: quod nos possumus substantiuum uocare. Similem huic uim habent etiam uocatiua: ut Priscianus uocor: nominor. dicor. nunc cupor appellor. Prisc.

Modus in uerbis est diuersa inclinatio animi uarios eius affectus demonstrans. Pr.

Modus a motu dicitur: quod unus moueatur in alterum.

Modi uerborum sunt quinque: Indicatiuus. imperatiuus. optatiuus. subiunctiuus uel coniunctiuus & infinitiuus:

Indicatiuus dicitur: quia per eum indicamus quid agitur.

Imperatiuus dicitur quia per eum imperamus aliis ut aliquid faciant.

Optatiuus quia eget aduerbio optandi ut plenum significet sensum.

Subiunctiuus. quia subiungit sibi aliud uerbum ut perfectum significet sensum.

Infinitiuus quia nec personas. nec numeros diffinit sed omnes tris uno uerbo profert: ut legere.

Spes sunt uerborum duæ: Primitiua ut lego. Deriuatiua ut lucturio.

Figuræ in uerbis sunt tres: Simplex ut cupio. Composita ut concupio. Decomposita ut concupisco.

Coniugatio est consequens uerborum declinationem. Pr.

Coniugatio dicta quod una eademque ratione declinationis plurima coniunguntur uerba.

Coniugationes apud Latinos sunt quattuor: Prima coniugatio in a uel aris effert secundam plonam presentis: ut Amo as & amor aris. Secunda in es

uel eris productam ut Doceo doces & doceor doceris. Tertia in is uel eris correptam: ut Lego gis & legor geris. Quarta in is uel iris productam ut Audio audis & audior audiris.

Maiores olim omnibus coniugationibus Imperatiuo biam addebant. & faciebant in perfectum indicatiui: quod adhuc in tribus obseruatur. In quarta etiam e additur: ut Nutri nutriebat. Dixit ergo antique poeta in sexto. Lenibat dictis animuna: pro leniebat. ut Squamis auroq; polibat: pro poliebat. S.

Persona est rationalis substantia qua sermo exercetur. Diom. Sunt persone uerborum tres: Prima est qua dicit ut lego. Secunda cui dicitur ut legis. Tertia de qua dicitur ut legit. Don.

Numeri uerborum duo sunt: Singularis ut lego. Pluralis ut legim⁹
De Participio.

Participium est pars orationis qua pro uerbo accipitur: ex quo etiam deriuatur: genus & casum habens ad similitudinem nominis: & accidentia uerbo absque discretionem personarum & modorum. Pr.

Participium inuentum est: ut in notatiuo quod sine coniunctione profertur cum alio uerbo: ut Legens doceo. pro lego & doceo: Pr. xi. Accidit participio sex: Gen⁹ casus. tps. significatio numer⁹ & figura. Genera participiorum sunt quattuor: Masculinum ut doct⁹. Eoemini⁹ ut docta. Neutrum ut doctum. Oe ut hic & haec & hoc docens. Participia sex casus habent ut nomina.

Tempora participiorum sunt tria: Praesens cum imperfecto: ut amans & docens. Perfectum cum plusquam perfecto ut amatus. Futurum ut amaturus & amandus.

Significationes participiorum sunt quinque: Actiua passiua. neutra. communis & deponens.

Numerus participiis accidit: Singularis ut amans: Pluralis ut amantes. Figurae duae sunt participiorum: Simplex ut faciens.

De composita ut efficiens Nam deriuatur a composito uerbo efficio. Si enim participia ipsa per se componantur non prius uerbis compositis transeunt in nomen uim: ut Nocens innocens.

Omnia praeteriti temporis participia terminantur in tus: ut amatus. Citus ut doctus. Prus ut raptus. Stus ut questus. Sus ut risus. Xus ut flex⁹. Futuri participium in rus finitur: ut amaturus. & in dus: ut amandus.

De Pronomine.

Pronomen est pars orationis quæ pronomine proprio uniuscuiusque accipitur: personalisque finitas recipit. Pr. Pronomen dictum quia fungitur officio nominis. S. Pronomini accidunt sex. Species genus. numerus. figura. persona. & casus.

Species duæ sunt. Primitiua: ut ego mei. Deriuatiua ut meus. Pronominum alia demonstratiua: ut Ego nos: tu uos. hic. iste. Alia relatiua ut is sui. Alia relatiua & demonstratiua: ut Ille. ipse. Prif. Hic præponitur. Is autem subiungitur: ut si dicam: Aeneas fuit filius. Veneris: is qui uicit turnum. Pr.

A genitiuo plurali nostrum uel nostri deriuatur noster & nostras. A genitiuo uestrum uel uestri deriuatur uester & uestras.

Queritur nunc cur nostras & uestras a plurali tantummodo deriuantur. Ad quod respondendum quod patriam seu gentem significant. patria autem uel gens unius esse non potest sed semper multorum possessio. Itaque nostras dicimus qui est a nostra patria uel gente: quam multi possidemus. Pr.

Personæ pronominum sunt tres prima ut ego secunda ut tu Tertia ut ille.

Genera pronominum sunt quinque Masculinum ut hic Fœmininum ut hæc. neutrum ut hoc. Commune ut nostras & uestras. Omne ut ego & tu.

Figura pronominum duplex est: simplex ut iste ista istud. Is ea id Composita ut istic istec istoc uel istuc & idem eadem idem:

Numeri duo sunt: singularis ut ego. tu pluralis ut nos uos.

Casus pronominum sunt sex ut in nomine.

Tu meus. noster & nostras uocatiuum casum dumtaxat e pronominibus habent quia secundæ personæ adiungi possunt. Alia uero possessiua pronomina: quia secundæ personæ iungi non possunt carent uocatiuo.

Modi declinationis pronominum sunt quatuor: Primus modus facit genitiuum in i uel in is & datiuum in i ut ego mei uel mihi mihi. Secundus facit genitiuum in ius: & datiuum in ius: ut Ille illius illi. Tertius uariatur secundum primam & secundam nominum declinationem. ut Meus mea meum. Genitiuo mei meæ mei. Quartus secundum tertiam flectitur. ut nostras nostratis.

De præpositione.

Repositio est pars orationis indeclinabilis quæ preponitur aliis partibus orationis uel appositione ut in templo: uel compositione ut impius Præpositio aliis partibus orationis præposita si significationes earum aut mutat. ut doctus indoctus aut cõplet ut facio pficio aut minuit ut rideo surrideo. prisc. Præpositioni accidunt tria: Casus figura & ordo. Casus accusatiuus & ablatiuus Figura simplex ut abs Composita ut absq; Ordo præpositiuus ut sine. Subiunctiuus ut tenus. Don.

Præpositiones uel sunt unius syllabæ: uel duarum: uel trium: ut i intra secundum. Proprium præpositionis est nihil certum per se posita sine aliis partibus orationis significare posse. presertim de monosyllabis: ut ad ob per præ ab abs cum de e ex. Nec non in quibusdam dissyllabis: ut ante præter: Hæ enim ad sensum sequentium significationes suas accommodant.

Præpositio quæ ad compositionem transierit: aut uim suam retinet: ut induco aut mutat ultimam litteram: ut sufficio aut pdit ut coeo. S. Præpositio dicta quoniam loquendo præponitur dicimus enim Ante templum est non templum ante est. S. Sed tenus ait Don. propter euphoniã subicitur ut pubetenus. In plurali genitiuo post ponit: ut laterum tenus Ouid. Met. ult. dixit Pectoribusq; tenus.

De Aduerbio

Aduerbiũ est pars orationis quæ adiecta uerbo significationem eius aut cõplet. aut mutat: aut minuit ut lam faciam: non faciam. parum faciam. Don.

Aduerbiũ quasi ad uerbum dicitur: Semp enim adiciẽ uerbo. Accidunt aduerbio Species significatio & figura. Species duæ sunt. Primitiua ut Clam. sæpe satis. Deriuatiua ut Clanculum sæpius. satius.

Figuræ aduerbiorum sunt tres Simplex ut Diu. huc. Cõposita ut interdiu. adhuc. Decõposita quæ a cõpositis deriuat. ut efficaciter. Significatio aduerbiorum diuersas species habet. Sunt enim ad uerbia temporis: ut pridem. nunc. Sunt loci &c.

Præpositio sep aratim aduerbiis non applicabitur: quãuis legerimus: desursum. desubito. derepente exinde & abusq; & de hinc. Sed hæc tanquam unam partem orationis sub uno accentu pronũtiabimus. Don. Se ruius etiam idem asserit scribens. Nemo enim dicit de sero. de modo. Vnde nec de mane dicere debemus: sed

dicēdo de p̄rio mane p̄positio nō uidetur iūgi mane sed primo.

De Interiectione.

Interiectio est pars orationis interiecta aliis partib⁹ orationis ad exprimendos animi affectus. Do.

Interiectioni accidit significatio tantum. Diom.

Interiectio diuerfas habet significaciones. Gaudii ut euax: Doloris ut heu ah. &c.

De Coniunctione.

Oniūctio est pars oratōis inēctēs ordināsq; sniam Diō. Cōiūctio dicta q̄a cōiungit elocu tōes. ut ego & tu eam⁹ Cōiūctōes duas separatas naturaliter nemo cōiūgit Sed hoc plerunq; a poeti scā metri fit. ut Multa quoq; & bello passus ergo hic una uacat sicut alio loco, Dixitq; & p̄lia uoce diremit. S. Prisc. autem. vii. de. xii. car. inquit quoq; eo loco necesse esse pro similiter accipi. Cum sequatur. &.

Coniunctioni accidunt tria: Potestas. figura. ordo. Diom.

Potestas coniunctionum in quinq; diuiditur species. Est enim copulatiua: ut Et q; sed enim.

Disiunctiua ut aut ue uel. Expletiua: ut quidem equidem. Causa lis: si tam & si quamobrem. Rationalis. itaq; qua propter quoniā ergo iccirco. Diom.

Figura est qua apparet an simplex sit ut nā. An cōposita ut nāq;.

Ordo coniunctionum est triplex. Aut. n. p̄æponūtur. ut at ast.

Aut supponūtur ut q; autē. Aut cōmunes sunt: ut ergo igit̄. Dō.

FINIS.

Impressum Mediolani. Per magi strū. Leonardum pacchel. An no. M. CCCCLxxxxyiii. die. xxi. octōbris.

Inc
298

